



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

20 Emphiteusi fint a sine culpa emphiteutae, peti potest, ut renovetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

hanc esset magis communem, *conf. 105. 21* ferè per totum vol. 1.

19 Secundo ¶ si emphiteusis legatur pro se, & hæredibus quibuscunque, aut quibus dederit, admittantur fœminæ descendentes, & etiam quæcunque personæ extraneæ, dummodo habeant illam qualitatem hæreditariam, quòd sint hæredes, Bald in l. cum virum. num. 2. C. de fidei commiss. & hanc esse communem opinionem testatur Soc. inter *conf. feud. | Brun. conf. 10. num. 11. Curt. lun. conf. 183. nu. 6. Cravett. conf. 256. n. 8. vers. his tamen*, Bero *conf. 107. n. 4. eod. vol. 1.* & post plures alios, per ipsum citatos hanc opi- 22  
nionem, tanquam magis communem observari in practica testatur, Iul. Clar. in lib. 4. *sentent. §. feudum, quest. 9. n. 1* & in terminis in §. *emphiteusis, q. 28. vers. secundus est casus eod. lib. 4.*

Emphiteusis finita ¶ sine culpa emphi- 20  
teuta, ut puta cursu temporis limitati, aut finita generatione, ut quando emphiteu- 23  
sis conceditur ad primam, secundam, tertiam, vel ulteriorem generationem, quaeritur, an possit ipsemet emphiteuta, si vivit, vel eius filii, aut alii descendentes petere à domino directo, ut emphiteusim in eorum personam confirmet, aut renovationem concedat, ut post Rom. *conf. 22. n. 5. Dec. conf. 328. n. 3. vers. quibus tamen*, Alexand. *conf. 80. n. 20. lib. 1. Ruin. conf. 11. n. 18. lib. 1.* Affirmativam tuetur Iul. Clar. *sent. eo. lib. 4. §. emphiteusis, quest. 43. in princ.* eamque opinionem procedere, & habere locum, etiam in emphiteusi ecclesiastica, post Gozad. *conf. 86. num. 14.* & alios, quos ibidem citat, testatur idem Clar. in eadem *quest. vers. sed quæro*, Quam opinionem puto, veram de jure communi

antiquo, illud tamen ¶ fuit reformatum per extravagantem *ambrosiè, de reb. ecclis. non alien.* quæ ubique est usu recepta, ut testatur Bero, in *conf. 92. num. 30. vol. 1.* Quidquid obiter in contrarium prius tetigerit, in *conf. 32. n. 6. & conf. 83. n. 23. eod. lib.* & idem, quòd sit usu recepta, tenuit in *conf. 8. num. 40. & seq. vol. 3.* & Benint. in *decis Bonon. 13. n. 9.* quæ extravagans facit jus commune, ut formavit Rota Peregr. *decis 226 in vna Romana causa med. lib. 2.* quam sequitur Cæli. de Grassi *decis. 155. aliàs 4. in fine de reb. ecclis. non alien.*

¶ Et quocunque casu cum evidenti Ecclesie utilitate, inspecto tempore renovationis, non autem antiqui canonis, ut per Oaded, *conf. 51. numer. 59. usque in fin. vol. 1.* Cæli. de Grassi *d. decis. 135. aliàs 4. num. 1. de reb. ecclis. non alien.* & alios in *cap. 15. num. 3. vers. & nunc. tom. 1. citatos.*

Præmissa autem procedunt ¶ ex forma antiquarum concessionum, secus si aliter constet de mente Papæ concedentis, aut quando Papa apponit clausulam: volumus autem & Apostolica auctoritate pariter decernimus, quòd finita tertia generatione, aut alio tempore in litteris Apostolicis expresso, omnia bona prædicta sublocatione hujusmodi comprehensa cum iuribus, & pertinentiis suis universis, necnon quibusvis melioramentis desuper pro tempore quomodolibet factis ad dictam ecclesiam pleno jure, & omnino revertantur, illique liberè cedant, absque eo quòd renovatio locationis hujusmodi quovis prætextu, vel causa ab aliquo peti, vel prætendi possit. Aut alia apponatur æquipollens clausula, ut à tempore Pij Papæ V. fe.